



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

29 Regula re triennali possessore quos tueatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

immobilium minoris facta sine decreto, dummodo pecunia non probetur versa in ejus utilitatem, *l. magu puto, §. ne passim, ff. de reb. eod. l. utere, & l. si pradium, §. emptor. C. de prad. min. sine decr. non alien.*

26 Et præteritio filij † facta à matre sine insertione causæ legitimæ hodie reddit testamentum nullum, etiam ob non servatam formam juris novissimi, *de quo in §. aliud quoque capitulum, in aub. ut cum, de appell. cognos. coll. 2. 8. Alexand. in aub. non licet, n. 9. C. de lib. præter, & Bald. in cons. 2. in fin. volum. 1.*

27 Beneficia resignata † publicatione non facta, tam ex parte resignantium, quam resignatorum, vacant ipso jure, nec resignantes, continuando possessionem, constitutione de annali, vel triennali jurari possunt, & resignatarij ad beneficia resignata obtinenda inhabiles, & incapaces redduntur.

28 Beneficiaque † sic vacantia à Sedo Apostolica duntaxat possunt impetrari, *ead. constit. 87. §. quod si quidquam, & dicta dictio taxativa excludit omnem facultatem Ordinarijs attributam conferendi, cum excludat omnes alias personas, Bart. in l. 1. numer. 1. & 3 ff. si quis iudic. non obtem. Bald. in l. si qui ex consensu, numer. 2. de epis. ad & Felyn. in cap. contigit, numer. 3. de fide. instr.*

29 An autem tribuales possessores post resignationem, publicatione non facta, regula de triennali defendi possint, & videtur, quòd sic, † quia regula de triennali tuetur omnes provisos, duobus casibus exceptis, videlicet, ingressu simoniacò, & intrusione in beneficijs dispositioni Apostolicæ ex generali reservatione in corpore

juris clausa, reservatis, quæ vacant in curia, *cap. 2. de præb. in 6. & cum dicta constitutio sit extravagans, & non clausa in corpore juris, & ideo casus non publicationis resignationis non sit de exceptionibus, remanet sub regula, cum exceptio firmet regulam in contrarium, cap. dominus, cum glos. 32. quest. 7. cap. nonne de præsumpt. l. nam quod liquide in fin. de penu. leg. §. ut autem ubi glossa penult. & ibi Bart. in aub. de non alienan. aut permut. in col. 2. Rom. cons. 337. numer. 8. & Felyn. in cap. quoniam frequenter, numer. 1. ut lit. non contest. videtur etiam, quod regula eadem se tueri possint provisi de parochialibus sine concursu contra formam dictæ constit. Pij V. 32. in conferendis, & sacri concil. Trident. dispositionem.*

His tamen non obstantibus, in dictis casibus possessores regula de triennali jurari non possunt, † quia resignans amittit titulum, & possessionem beneficij, *Rota decis. 2. numer. 3. de renunc. in antiq. Paris. cons. 176. numer. 4 & 5. & cons. 185. numer. 1. & 2. lib. 4. Put. decis. 250. numer. 2. lib. 2.* Nec potest habere coloratum titulum, quod quidem requirit regula; † quia titulum coloratum habere dicitur, qui illud habet ab habente de jure facultatem conferendi, *Lap. alleg. 16. numer. 2. Abb. in cap. in litteris, nu. 12. de rest. spol. Paul. de Castr. cons. 253. numer. 4. de volu. 1. Narr. cons. 411. n. 7. & 9. Ofalc. decis. 116. numer. 7. & Gomez. de trien. poss. d. quest. 10. nu. 2. & ob non publicationem titulus habitus ab habente facultatem conferendi redditur ad non titulum, ex dispositione ejusdem constit. 87. §. quòd si quidquam.*

31 Nec jurari † potest dicta possessione provi-